

ubi erat via eorum, sed propter segetes longas eam videre non poterant. Surgentes igitur deo gratias egerunt, qui dirigit servos suos.

§. 9 [Vr.]. §. 11 [fol. 5^a. Pal.].

Religioso et venerabili viro, domino Eberhardo¹ [1.], abbati [in Salem²], ordinis Cisterciensis in Teutonia³, apparuit dominus⁴ in sompnis⁵ dicens: „cras⁶ mittam ad te equos meos et tu ferrabis^{6***} eos mihi.“ Quod ille evigilans exponere nesciebat. Sequenti itaque die venerunt duo fratres ad monasterium istud [Salem], quorum unus fuit⁷ frater Johannes Teutonicus⁸, qui postea fuit quartus ordinis nostri magister⁹. Quos adhuc in locis illis incognito ordine cum predictis¹⁰ abbas interrogaret de ordine et cur libros, baculos et varium portarent habitum et frater Johannes respondisset¹¹ ad singula distinguens¹², equos dei¹³ secundum prophetiam¹⁴ Zacharie ostendens¹⁵, quod varii et fortes erant parati discurrere¹⁶ per orbem, et quod dominus nichil dimisit Predicatoribus, nisi virgam tantum, id est beatam Mariam virginem, in quam¹⁷ confiderent, vel crucem, quam predicarent. Procidens abbas ad pedes eorum et devote deosculans¹⁸ ait: „Vere vos estis equi domini, quos promiserat mihi¹⁹.“ Statimque lotis pedibus eorum, calciamenta nova et vestimenta jussit proferri et extunc amicus ordinis intimus²⁰ factus est et benefactor magnus.

§. 14 [Vr.]. §. 15 [fol. 6^a. Pal.].

Duo fratres Herbiopolensis conventus in Teutonia²¹ egressi ad predicationem²² venerunt ad quandam²³ fluvium^{***} et ex altera²⁴ parte navem et nullum in

¹ Obeardo, Pal. Ebarido, Vr. ² Theutonia, Vr. ³ Die hier gebrauchte Abkürzung in Pal. und Vr. bedeutet zwar Dominicus. ⁴ in s. dom. Vr. — sompnis pr. m., Pal. ⁵ cursu pr. m., Pal. ⁶ sufferabis, Vr. ⁷ erat, Vr. ⁸ Teutonicus Pal., Theuonicos, Vr. ⁹ quartus predicatorum mag., Vr. ¹⁰ predictos pr. m., Pal. ¹¹ G., Pal. eleganter respondisset, Vr. ¹² distingwens. Vr. ¹³ domini, Vr. ¹⁴ prophetam, Vr. ¹⁵ ostendens pr. m., Pal. ¹⁶ discere pr. m., Pal. ¹⁷ virg. M., in qua, Vr. ¹⁸ et osculans eos devote, Vr. ¹⁹ fo, Vr. mihi, Pal. ²⁰ intim. ord., Vr. ²¹ fo, Vr. Teutonia, Pal. ²² predicandum. Vr. ²³ quoddam, Pal. ²⁴ alia, Pal.

* Diese Erzählung ist durch Maurique, der aus den vitae des Gerhart von Frachet schöpfte, in Salem erst im vorigen Jahrhundert bekannt geworden. S. Band 3 S. 28 und 664. Die Person Dominicus statt dominus ziehe ich vor, denn dieselbe beweist, daß Eberhard I. von Salem den hl. Dominicus persönlich gekannt hatte, und wirklich 1202 unter den 13 Cistercienser Aebten in Montpellier war, welche dort mit Dominicus zusammen trafen. Nach dieser Stelle trug Dominicus 1202 noch keine weiße Kutane mit schwarzen Saeculit.

** ferrare mit Hufeisen beschlagen.

*** Wahrscheinlich der Main.

ea viderunt; populum¹ etiam congregari ad ecclesiam quia festum erat. Et² considerantes, cum nullus omnino esset, qui eos transveheret³, dixit unus eorum: „navicula⁴, transi huc, navis, transi huc in nomine Christi, quem cupimus predicare.“ Statim illa Christo obediens venit nemine impellente, licet fluvius admodum preceps esset, cumque intrassent, nec invenissent remum. ecce puellula quasi annorum octo⁵ venit saltans de precipitio montis remum in collo ferens⁶, que traduxit⁷ eos, et statim evanuit. Et gratias agentes deo fratres verbum dei populo sitibundo predicaverunt⁸.

Capitulum VI. Quod domina nostra speciali affectu et effectu ordinem diligit et procurat.

§. 11. Item aliud [uad] Vr].

Cum creditor quidam repeteret V. marcas argenti a priore Liptezensi⁹, in Theutonia, et ipsum vehementer urgeret, petiit inducias prior saltem usque ad vespervas, ut⁹ cum fratribus interim [scil. consilium caperet], quo expositis pignoribus se posset expedire. Fratribus igitur senioribus cum priore sedentibus, nec consilium invenientibus, ecce portarius venit dicens priori: „quedam matrona valde nobilis, ut videtur, ad portam stans mandat, ut ad eam quam citius veniatis.“ Cumque prior venisset, invenit ibi dominam venuste forme, valde gratiosi et honesti habitus et aspectus, que statim obtulit ei quinque marcas argenti dicens: „accipite hoc interim, quousque¹⁰ dominus nobis¹¹ amplius donet.“ Cum autem prior quereret, a quo hec oportuna donatio processisset, respondit: „non curetis, sed agite gratias domino honorum omnium largitori.“ Tunc prior letus ad fratres rediit et, quomodo deus per quandam matronam eis providerat, ostenso argenti pondere demonstravit. Penitens postea prior, quod non diligenter quesierat, quenam domina illa esset, misit hinc inde per vicos et plateas et nusquam potuit inveniri vel aliquid de ea sciri, unde fratres ex pia suspensione beate Marie, quod factum fuerat, asscripserunt.

§. 20 [fol. 9^b. Pal.]. §. 22. Item aliud [miraculum]. [Vr.]

Frater Henricus¹² Theutonicus¹³, vir religiosus fame magne et predicator excellens, narravit in ser-

¹ et populum. Vr. ohne etiam. ² festi Vr. ³ transveeret. Pal. ⁴ huc navicula. Vr. navicule, Pal. ⁵ otto. Pal. ⁶ remum vor ferens in Pal. wiederholt. ⁷ transduxit, Pal. ⁸ verb. dei pred., Pal. verb. domini populo sitib. pred., Vr. ⁹ et §f., Vr. ¹⁰ quosque §f., Vr. ¹¹ vobis wäre besser. ¹² Henricus, Vr. Einnricus, Pal. ¹³ fo, Vr. Theutonicus, Pal.

* Seippig.